

cus vexatus, nobis fol. 25. p. 2. sic habet: *Significationem honorandi et eius per cuius honorandus est intellige. scilicet per angelos et filios dei.*

III. fol. 100. p. 2. *Incipit liber Sancti Hylarij ad constantium imperatorem hereticum arrianum. Edit. Maur. col. 1237. Tempus est loquendi. quia iam tempus preterit tacendi. &c. Adest et Aditamentum ex L. II. de Trinit. ut in edit. et Cod. suprac. finitque: insolenter in Dei rebus ignarus.*

IV. fol. 105. p. 2. *Epistola Sancti Hylarij transmissa ad Constantinum. Incipit: Benignifica natura tua domine beatissime auguste &c. Lege Constantium. In edit. col. 1217. Finit: de se loquitur ipsa sententia.*

V. fol. 107. *Liber Secundus ejusdem ad eundem. Non sum nescius piissime imperator &c. In edit. col. 1225. Finit: ab ea iuxta ista non dissonans.*

VI. fol. 108. p. 2. *Incipit Epistola eiusdem Aduersus Arrianos. vel Auxentium Mediolanensem. Dilectissimis fratribus in fide paterna manentibus &c. Lineis abhinc aliquot etiam noster cum aliis Codd. legit habituris non abiturus, sed finem versus contra Codd. cum Mauriana lacus non lucus. Finit: christum deum verum predicabunt. Adhaeret et hic Exemplum blasphemie Auxentii. Beatissimis et gloriosissimis imperatoribus Valentiniano et Valenti &c. In Auxentii Confessione deest et nostro verum filium, sed malo*

cum illo legere: *Natus de Spiritu sancto ex Maria uirgine, quam cum Coustantio: de Spiritu sancto et Maria uirgine. Tractatus hic in Mauriana extat col. 1263. estque ultimus in praesenti Codice, cum Codex CCIII. ulterius progrediatur, ut inspecturis patebit.*

CCV. VI. E. 12.

Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 116. f. eleganti manu scriptus, rubricis decoré enotatus, bonique generis hac miniatâ inscriptione gaudet: *Incipit Liber. S. Hilarij episcopi pictauiensis contra omnes hereses. Titulum hunc Editores Opp. Hilarii Mauriani Paris. 1693. f. in nullo suorum Codd. inuenisse videntur; Ipsi Librum de Synodis seu de Fide Orientalium inscribunt, col. 1149. Sequitur: Dilectissimis et beatissimis fratribus episcopis germanie prime. et germanie secunde. et prime belgice. et belgice secunde. et lugdunensi prime. et lugdunensi secunde. et prouincie nouem populane. et narbonensi plebi. et clericis tholosanis. et prouinciarum (Britanniarum?) episcopis. Hilarius Seruus christi in deo et domino nostro eternam salutem. Initium: Constitutum mecum habebam fratres karissimi. in tanto silencij uestri tempore &c. Juvat observare quaedam, quae spem facerent, non abs operae pretio totum hunc Tractatum cum Editis collatum iri. Noster fol. 1. negata ipsius quod tempus postulat*

lat toto iam triennio communionē. Edit. *negata ipsi usque hoc tempus toto iam &c.* Noster p. 2. *inviolata religio.* Edit. *inviolata religiosa.* Nost. *et hec omnia cum inchoande &c.* Edit. *et cum omnia inchoandae &c.* Nost. *habet illam περὶ τὴν: Si diligenter hec sententia expensa fuisset &c.* quam Mauriani repudiant. Fol. 3. p. 2. post Decretum Sirmienſe minio nobis in margine notatur: *Hucusque blasphemie verba apud syrmiū conscripte*, et deinceps XII. Orientalium Diffinitiones ab Hilarii Expositionibus eleganter titulis distinguuntur. Variant tamen Diffinitiones ab Editis. Ita prima sic nobis: *Si quis audiens ymaginem esse filium dei inuisibilis. quasi non confitens uere filium. anathema sit.* Argumentum: *Manifestum est enim &c.* quod in Edit. pars est Diffinitionis IV. in Nostro ad Hilarii Expositionem pertinet, et melius legit significari quam significata. Finis Libri: *in diem reuelacionis referuet opto fratres.* Illud vero, quo Librum absolvi in recentioribus m/s. notant Mauriani, nobis paullo supra finem jacet in margine sic: *Homouſion grece v. et interpreta- cio eius unius substancie. et homoeuſyon similis substancie.* Clauſula Librarii: *Explicit Hylarius de Synodis orientalibus.* Adi et Cod. CCIII. et CCLII.

II. fol. 27. Incipiunt note in libro Beati Hylarii de Trinitate. In Primo. *Sed inter hec animus sollicitus. utili ac necessaria ad cognitionem domini sui uia nitens &c.*

Denis Codd. m/s. theol. Bibl. Palat.

Excerpta haec omnes XII. de Trinitate Libros, qui in Edit. suprac. a col. 765. ordiuntur, pervadunt, jam prolixiora, jam breviora. Neque haec indigna cum Impressis conferri.

III. fol. 51. sequitur alia Defloratio Operum Hilarii, aliorumque PP. cui praemissa sunt de Eo testimonia ita minio inscripta: *Quanta auctoritate et reuerentia Hylarium pietauensem episcopum et eius dicta Jeronimus et Augustinus habuerint: eorundem auctoritates que secuntur docent.* Quinque itaque prior et quater posterior excitatur. Tota deinde de Trinitatis mysterio doctrina Distinctionibus XXII. pertractatur meris PP. et praecipue Hilarii locis, in cuius lectione Excerptorem nostrum versatissimum fuisse oportet. Reliqui, quos advocat, Patres et Scriptores sunt: Boethius, Athanasius, Theodoritus, Conc. Toletanum, Augustinus, Origenes, Hieronymus, Hormisdas Papa, Sophronius Patriarcha Hierosol. Virgilius, imo Vigilus non sane Tridentinus, sed Tapsensis in Africa Ep. Ambrosius, Gregorius Naz. Leo M. Fulgentius; quorum cum et multa et saepe fatis prolixa loca adferantur, non inutilem Collatoribus praestarent operam, promerenturque, ut toti Compilationi titulus Catenae PP. de Trinitate adponatur.

Codex hic egregius, ut in principio et fine notatur, fuit olim Monasterij seu Domus S. Iohannis

643

I C O D I C E S

644

*nis in Seytz Ord. Cartusienfis fundati in Styria anno 1164.*

CCVI. VIII E 26.

375 Codex membranaceus lat. Sec. XIII. Folior. 118. f. luculente scriptus et rubricis notatus completitur: I. *Hilarii Commentarium in Matth.* hoc titulo: *Incipit Tractatus Sancti Hylarii Pictaviensis Episcopi In Euangelium Super Matheum.* Scripsit *Tractatum* hunc magnus Praeful circa an. 355. ut notant Editores *Mauriani*, apud quos habetur col. 609. *Paris.* 1693. f. in *Capita* tributus, cum nobis *Numeris* constet, iisque, licet textus rite procedat, mire confusis ex. caussa

*Regis Summe Boni Testis Memor esto Geori.*

*Scriptoris Libri Maculas Tergendo Piachi.*

Vel solo hoc disticho motus *Codicem* cum pluribus aliis jam recensitis olim ad Monasterium *Weltenburgense* O. S. B. in *Bajoaria* pertinuisse dixissem, nisi in super *Fol.* 1. p. 2. legerem: *Liber Sancti Georii in weltenburch*, et alia manu: *accepi dono ab abbate.* Haec igitur subfragantur *Cl. Pezio Dissert. Isag.* ad T. I. *Anecd.* p. 37. narranti, nihil in hoc Coenobio incuria Monachorum prioribus seculis prope pefsumdato veterum monumentorum restare.

II. *fol.* 68. p. 2. *Incipit liber domni hugonis de claustralibus.* Praeunt Capitum Summaria inscripta: *Hec continentur in sub-*

I. VII. XIII. XV. XVI. XXV. XXVI. &c. Collatione instituta raro deprehenditur lectionis discrepantia, quam non jam *Mauriani* adnotassent. Unam adscribo non procul a principio, ubi *Edita* habent: *Denique cum transire Joseph ad Aegyptum admoneatur, ita dicitur.* Codex vero: *Denique cum transfret Joseph ad aegyptum ita ammonetur, diciturque.* Ultima illius sunt: *Emitur uero a custodibus qui omnia haec uiderant argento resurrectionis silentium, jamque adjecerat Librarius: et Mendacium, prout in Editis excurrit, sed nescio, cur rursus alleverit atrum transverso calamo signum contentus addere: Explicit Liber.*

*ieho libro domini Hugonis prepositi S. Victoris martiris.* Exemplar unum *Cod. DCXXXVI.* dedimus, cui istud geminum est. Praefatio et hic incipit: *Locutus karissime de his quae ad edificationem claustris materialis pertinent* &c. totusque Liber, qui in *Editis Rotbomagi* 1648. T. II. p. 60. *secundum* locum occupat, hic *primum* tenet. Ita et qui ibi *Tertius*, nobis *Secundus*, incipiens a Praef: *Nosti karissime quod ea quae de ordinatione claustris materialis diximus* &c. definensque in verbis: *tolle grabatum tuum et ambula*, rescissis omnibus, quae in *Editis*, maxime *de Templo Salomonis*, inconcinne adhaerent.

Pro